



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

97. Fluctuante C. Bernardo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

bus certò sociandas. Eum interim videre se militiæ statum, ut tantisper bellum etiam utiliter trahi possit. Et ne quid in posterum nervi desit, priorum mensium defectus omnes unâ jam solutione, statim suppleturum Regem; ac præterea centum, imò ducenta Imperialium millia anticipatò numeraturum.

Haud obturatis auribus percepit hæc Princeps, quin expedito mox cursore suos *Clivii Fluctu* Legatos monet, ne utiquam tractatus maturent, minimè verò absolvant, sed dextrè trahantur, donec aliud ipse imperarit. At vero, dum illi tribus jam antè Tabellarij adventum horis, interpositione Conciliatorum, partiumque voluntate conclusam, subscriptamque pacem respondent, *Christophorus Bernardus*, quantumvis impatiens, Legatum dimisit, tam dimisso, quam dimittente, rerum magnarum spe frustratis. Persuasus postea, (quo nescio spiritu) inferente *Clivii* pedem cursore, inter partes quidem de pace conventum, at necdum tabulis subscriptum fuisse, quam ex eo concepit indignationem, vix unquam verè deposuit, propè recrudescentem, quoties injecta fuit mentio istius pacis, velut iniquæ, me coram, Legatis non semel exprobrata. An apprehensum patriæ periculum subscriptionem extorserit, an constantiæ de honestamentum, (si quidem, quod Legati tamen continuo pernegarunt, ita se res habuisset)

97.

ante C.

Bernardus.

Pax conclusa.

Quamvis ingrata.

set)

1666. set) nos in medio relinquemus. Dies erat  
 quo Dominicæ cenæ memoriam colit Ec-  
 clesia, & post consecratum de more christum  
 unâ & verè soli prandebamus, quando tabulæ  
*Monasterium* perferebantur. Certum est  
 paucos tunc stimulos omninò potuisse, ut  
 quas initio rejiciebat, facilè nunquam  
 habuisset. Sed ea videbatur evidentia per-  
 euli & magnitudo, ut firmatam pace securi-  
 tem præstaret amplecti, quam dubios inter-  
 tem evontus incertum porrò tentare. Ta-  
 dem igitur obluçtante quamvis animo,  
 compositus acquievit. Et hic tenor pax  
 98. Pax Ba-  
 tavo-  
 Mona-  
 steriensis  
 erat.

Notum sit unicuique hisce presentibus, quod  
 cum anno proximè elapso orta sint quædam dis-  
 sidia inter Celsos & Præpotentes Dominos Ordinis  
 nes Generales Fœderatarum Belgij Provinciarum  
 rum ab una, & Reverendissimum ac Celsissimum  
 mum Dominum D. Christophorum Bernardum  
 Episcopum & Principem Monasteriensem  
 ab altera parte, quæ eousq; increverunt, ut  
 modo in apertum bellum exarserint, sed & per  
 viculum fuerit, ne se ad vicinas etiam Regiones  
 præcipue verò ad Romani Imperij Terres & Di-  
 riones extenderent, easq; suis incommodis &  
 damnis involverent, nisi in tempore profusa  
 esset, quo dicta dissidia, eorumq; calamitates,  
 vicula & sequela viâ amicabili componerentur,  
 tandem divinâ bonitate factum esse, ut mediati-